

für dir tügen. Moguntina: laß hinauff gehen. In-
stat adhuc David orationi suæ apud Deum conci-
liando locum, obsecrans, ut eadem tam disposi-
ta, parata, constansque semper coram Deo adju-
vante ejusdemque sacro Spiritu, reperiatur, sit ac
maneat, ut etiam tam benè semper placeat, quam
benignè ab ipsò admittitur suffitus aut oblatio,
divinitus ad cultum destinata. Adeoque verbum
כִּין tum *instructionem*, tum rei jam instructæ immo-
tam *durationem* ac constantiam complectitur, quo-
modo *Psalm. LXXXIX, 38.* dicitur: thronus ejus
quasi luna יָכִין, *firmus erit in seculum: Psalm. CI, 7.*
loquens mendacia non יָכִין, coram oculis meis:
Prov. XII, 19. labium verax תְּכִין *firmum erit in secu-
lum; cap. XX, 18.* cogitationum quælibet per-
consilium תְּכִין *stabilis est.* Vide ibidem annota-
ta. Opponitur proinde hoc *stabiliri* indignabun-
dæ averiæ ac repulsæ; quomodo nonnun-
quam principes supplicantium libellis nullum
apud se concedunt locum, non in scriniò repo-
nunt, nedum ut expendant aut desiderata con-
cedant. Confer *Act. X, 4.* preces tuæ adscende-
runt in conspectum Dei.

קטורת (sicut) *suffimentum*:) hoc modo
Pagninus, sicut incensum, *Fulgatus*. Ita com-
muniter subintelligi solet (כ) *similitudinis*, cum
alias nulla horum cum antecedentibus foret
cohesio. Hujusmodi autem ellipseos exem-
pla passim quoque alibi: vide in *gramm. p. 154.*
n. 4. item *Prov. V, 19. X, 11. XXV, 11.* Voce au-
tem hac קטורת indicatur ejusmodi svaveolens
fumus, qui ex thure aromatibusque aliis, concin-
ne invicem mixtis, carbonibusque impositis lon-
gè latèque diffunditur, & nares adstantium mi-
rè afficit ac oblectat, ceu Salomo ait, *Proverb.*
XXVII, 9. oleum (seu balsamum) קטורת &
suffitus exhilarant cor. Ingredientia autem mo-
dumque præparandi hujusmodi suffimentum
fragrans tradidit Moses *Exod. XXX, 34. seqq.* quò
ipsò etiam capite *vers. 1. seqq.* agitur de altari
קטורת, idem te tempore suffiendi, videlicet sin-
gulis matutinis, quando aptabant lucernas, *vers.*
7. &c. Adde *vers. 38.* De ipsà autem illa suffien-
di, in festis præsertim, ratione difficillimà, deque
ejus requisitis, vide Scheringham *joma p. 96.* de
fumò, qui instar baculi debebat adscendere nec
diffundi, *p. 76.* de effusione è thuribulò argenteò
in aureum, *p. 89.* Videatur insuper Majmon. *p.*
3. 7ad. f. 233. b. seqq. Denique cur & quâ ratione
suffitus in sacris ethnicorum receptus fuerit, ope-
rosius deduxit *Kircher. 1. 2. ædip. p. 2. f. 538.* De
aromatibus etiam ratione aliisque vide *Mey p. 1.*
phys. p. 118. seqq. Similem verò precum cum suffitu
comparationem suppeditat etiam Johannes *Apoc.*
V, 8. VIII, 3. 4. ubi de phialis, &c: Pulchrè *Qui-
storpius h. l. wenn fromme Herzen mit ihrem Ge-
beth räuchern / so pflegt Gottes feuriger Zorn zu-
verlöschet.* huc *Psalm. LXXX, 5:* quousque fu-
maturus es contra orationem populi tui? Plura
de precum cum thymiamate sacro comparatione
Drexel-rhet. cæl. 6. 3. t. 2. f. 71.

לפניך coram te:) videlicet tanquam beni-
gnò placatòque patre. Confer *Psalm. XIX, 15.* sint
ad bene placitum eloquia oris mei, & meditatio
cordis mei לפניך in conspectu tuò; *Pf. LXXIX, 11.*
veniat לפניך gemitus vinciti, &c.

מנחת elevatio manuum mearum:) ita
Vulgatus & Muis. elevatio, *Junius, Piscator, Belgæ,*

A *Lutherus.* A radice נָשַׁבְתִּי tulit, levavit, &c. est no-
men נָשַׁבְתִּי, item in fœmininò נָשַׁבְתִּי onus, quod
levatur in altum, cum locò moveri debet: ut *Jes.*
XXX, 27. & gravitas נָשַׁבְתִּי *Amos. V, 11.* וְנָשַׁבְתִּי
וְנָשַׁבְתִּי & onus frumenti accepistis ab eò: hinc quia do-
na etiam onus vel pondus habere solent, quan-
doque etiam pro munere accipitur, v. g. *Gen. XLIII,*
34. & accepit Joseph מְשָׁלוֹת munera (vel fercu-
la levanda atque offerenda) à conspectu suò, &
multiplicavit מְשָׁלוֹת Benjamin מְשָׁלוֹת præ mu-
neribus omnium &c. *Ezech. XX, 40:* hæ sunt
primitiæ מְשָׁלוֹת oblationum vestrarum.
2. Par. XXIV, 6. ut afferrent מְשָׁלוֹת oblationem
Mosis (à Mose institutam jussu divinò:) sic &
vers. 9. 2. Sam. XI, 8: & exit post eum (vel insecu-
tum est ipsum) מְשָׁלוֹת donum seu oblatio regis,
Secundum aliam formam legitur etiam per Ze-
re: *Esth. II, 18:* deditque (Ahasverus) מְשָׁלוֹת do-
num secundum manum (seu facultatem) regiam:
Jerem. XL, 5: & dedit ei princeps militiæ viati-
cum וְנָשַׁבְתִּי & munus & dimisit eum: *Jer. VI, 1.* in
Thekoa clangite buccina, & super Beth hakke-
rem מְשָׁלוֹת שְׁאוֹ levate levationem, i. e. secundum
B quosdam, ignem aut vexillum, levanda in al-
tum: (nisi forsan malis accipere, de onere pro-
pheticò, vel de vaticiniò gravi atque onerosò:)
Ezech. XVII, 9. אֲדַבְרָה לְמִשְׁאוֹת אֲדַבְרָה ad elevationes, vel
ad evellendum eam (nomen enim loco gerundii
ponitur,) à radicibus suis: & denique *Jud. XX, 38.*
signum constitutum erat, ut adscendere face-
rent. מְשָׁלוֹת העִשָּׁן elevationem fumi ex urbe: *vers.*
40: וְהַמְשָׁלוֹת & levatio cœpit adscendere ex urbe,
columna, scilicet fumi, &c: Ex qua locorum in-
ductione colligitur, vocem hanc tum de obla-
tione seu munere, tum de nudà levatione in al-
tum, accipi rectè posse. Cum verò David hic
non sit sollicitus de munere rerum terrenarum,
(quomodo disertè *Psalm. LI, 18.* ait: non vis fa-
crificium, dedissem enim, &c.) verùm de oblatio-
ne precum, cum etiam muneris cum munere ves-
pertinò non adeò congrua sit comparatio, iccir-
co posteriorem amplectimur significatum, ita ut
Levatio manuum nil aliud sit, quàm piæ precatio-
nis symbolum, veluti colligere licet ex *Job.*
XI, 13. Psalm. XLIV, 21. LXIII, 5. LXXXVIII, 10.
CXXXIV, 2. XXVIII, 2. Thren. II, 19. III, 41. 1. Reg.
VIII, 22. vide *Rittershus. in Salv. p. 27.* Sic & *Kim-
chi:* cum ego וְשָׁלוֹת וְשָׁלוֹת levo & expando manus me-
as ad te, reputabis quasi mincham vespertinam, ita etiam
Druf. 1. 2. anim. cap. 16.

מנחת (quasi) munus vel oblatio vespertina:)
quæ videlicet constabat ex similâ seu puriore
farinâ, *Lev. II, 1. 2.* adjungebaturque jugi fa-
crificio, & matutino, & vespertino, uti constat
ex *Num. XXVIII, 3. seqq. Exod. XXIX, 39. seqq.* con-
fer *Dan. IX, 21.* de angelò tangente prophetam
tempore ערב מנחת oblationis vespertina. Sic &
Esra sedebat ad usque ערב מנחת *Esr. IX, 4. 5.*
item *1. Reg. XVIII, 29.* Plura de *Minchá*, an sacri-
ficio per se, vel saltem aliorum appendix, item
quibus de causis oblatum, quibus ritibus &c: vi-
de apud *Menoch. rep. Ebr. f. 213. seqq.* Iterum ve-
rò supplenda hic venit nota *similitudinis* (כ) ceu
in membrò proximò præcedente. *R. Obad.* min-
cha vespertinum magis gratum est, quia post
hoc oblatio pro peccatò non subsequitur. *Kim-
chi* sub vespertinò & matutinum comprehendi
censet, illius verò mentionem fieri, quia vesper-
tinò